



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Prophetia Apocalyptic S. Joannis Apostoli**

**Kircher, Heinrich**

**Coloniæ Agrippinæ, 1676**

§. III. Tuba septima quod est Væ tertium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39100**

## §. III.

*Tuba septima quod est Væ tertium.*

¶ **A**Tque hic est finis Væ secundi; quod erat de Regno Antichristi & per illum seductione: de quo Joannes, VÆ, inquit, SECUNDUM ABIIT: &, quod superest, subjungit; VÆ TERTIUM VENIET CITO, quod erit cantus TUBÆ SEPTIMI ANGELI ad Judicium.

**Væ citio.** Dum dicit venturum citio: insinuat superfore, post conversionem Judæorum & mortem Antichristi, spatium adhuc temporis Dœ soli cognitum: nam de die illo & horam non scit, neque Angelii Cœlorum, Matth. 24. v. 36. Quo etiam tempore intermedio ante illam ultimam Tubam; dilatato ædificio Ecclesiæ & amplificato ac stabilito simul utroque pariete, Judæorum iterum & Gentium, sensim refugeset fervor pietatis atque irrepet dissolutio mortuum & impietas: usque eò, ut quod prædictum Dominus in Evangelio l. c. v. 38. & 39. futuri sint sicut in diebus Noë comedentes & bibentes, nubentes & nuptrui tradentes &c. ita erit, inquit, & adventus Filii hominis. & Luc. 17. v. 28. sicut factum est in diebus Lot: edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant &c. secundum hæc erit quâ die Filius hominis revelabitur, quæ erit ingens oblivio salutis operandæ: quam oblivionem tribuit Christus in opere fidei Luc. 18. v. 8. *Filius hominis veniens, putas, inveniet*

*fides in terra?* neque enim eam quam querit (quæ per charitatem oportet Gal. 5. v. 6.) & sine qua nihil est omne quod invenit. ET ECCE, id est ex improviso, inquit Apocalypsis, Væ tertium: *repentina dies illa, tanquam laqueus;* Luc. 21. v. 34. & 35.

2. Etenim hoc jam tertium Væ sine Tuba ad ulla dubitatione fore diem ultimum Judicii. mundi & horam Judicij extremi, iuratus asseveravit Angelus fortis Cap. præcedente v. 6. & 7. tempus, ait, non erit amplius, sed in diebus vocis septimi Angelii, CUM COOPERIT tubâ canere, consummabitur &c. De quo Tuba cantu Apostolus 1. Thess. 4. v. 15. in voce Archangeli & in Tuba Dei descendet de Cœlo Judex: & 1. Cor. 15. v. 52. in novissima Tuba; canet enim tubâ & mortui resurgent.

ET FACTÆ SUNT, inquit, Voces in VOCES MAGNÆ IN COELO: Cœlo. de quibus Matth. 24. v. 31. mittet Angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos ejus à quatuor ventis. Inter has voces magnas ista quam audivit Joannes de Cœlo: FACTUM EST REGNUM HUIUS MUNDI, DOMINI NOSTRI ET CHRISTI EJUS; id est, actum est de Regno Principis mundi ET REGNABIT Christus IN SÆCULA SÆCULORUM: quod est votum & applausus Cœli resonantis; AMEN.

N 2 Et

Et adoratio 24. SENIORUM , cum gratiarum actione erga Omnipotentem, qui est & qui erat & qui venturus est, quod accepta virtute sua magna regnet. Et quia inquiunt, sicut antea IRATÆ SUNT GENTES juxta psal. 2. v. 1. quare fremuerunt gentes ? ita nunc ADVENIT è contrario IRA TUA & ultio , ET TEMPUS MORTUORUM resurrectionis ac judicii, ad reddendam MERCEDEM SERVIS TUIS & ad exterminandos velut diluvio universali EOS QUI CORRUPERUNT TERRAM. Respicit enim eā phrasi ad Gen. cap. 6. v. II. corrupta est terra coram Deo & complete est iniquitate.

Facies 3. Simul his vocibus terroristur aures impiorum : simul oculi deliniuntur eorum ad quos dicitur Luc. 21. v. 28. respicite & levate capita vestra.

Magna & beata tranquillitas electorum in illa trepidatione Universi ! APERTUM EST enim, inquit, IN COELO quasi TEMPLUM DEI : & in eo VISA EST sacrosancta Humanitas Christi quasi ARCA TESTAMENTI ejus, propitiationi & fœderi suis electis : Inter FULGURA quibus conflagraturus jam jam est orbis ; & VOCES quarum exitiales illæ ululantium ad montes & colles præ timore Judicis; & emotionem terræ; & grandinem quâ comminuentur omnia terrena. Horren, Placida MOTUS reproborum & TERRÆ dare illis dehiscens : eritque sententia qua probis. illos dejiciet ad inferos & conteret,

GRANDO MAGNA :  
qui est finis mundi &

FINIS PRIMÆ PARTIS APOCALYPSEOS.

